1101.

Ad. 12. Jan. 830.

Circulare

respectu haud amplius conferendorum super productione Articulorum consumtionis exclusivorum Privilegiorum.

Normale

13

(2)

830.

C. Commerciale H 50.

2. S. 20. Commerc. 1101.

111106
1898.

Sacrae etc. Regiae intimandum: Suam Maiestatem Sacratissimam Collationem exclusivorum Privilegiorum super Productione victualium, Potuum, ac Liquorum Regiae interdicere, simul tamen clementer admittere Dignatam ipso, ut dehinc Privilegia super Praeparatoriis, et Machinis duntaxat Productioni eorundem Articulorum inservientibus, conferre valeant, quin tamen exinde impetranti similis Privilegii, Ius ad productionem ipsam articulorum consumptionis, et Liquorum exsurgat, eo quoad collata jam similia Privilegia, clementissime subjuncto: ut eorum intuitu Regia normativa Praescripta exacte observentur, omneve in Casum illa debitae in linea Sanitatis superinspectioni subjiciantur. Quod ipsum Consilio huic Locumtenentiali Regio pro Notitia, et futura directione hisce notificatur. Datum Viennae die 11a Decembris 1829.

Comes Adamus Reviczky m/p

Stephanus Siczy m/p

Ad Regium etc. mandatum

Henricus Comes Sermage m/p

22501. 822.
12688 824.

1101.

Eperjes d. 12. Jan. 830.

Circulare

aa. 14. dm. 15. Scheduaz

Vidi 16ta Mailáth

Exped. Pálffy 17 Jan.

Sua Mattas Sma Collationem exclusivorum Privilegiorum super productione Victualium, Potuum & Liquorum Aromaticorum interdicere, uti tamen etiam admittere dignata est, ut debite Privilegia super praeparatoriis durationis & Machinis productioni eorundem articulorum inservientibus conferri valeant, quin tamen exinde ——— impetrans similis Privilegii Jus ad productionem ipsam articulorum Consumtionis et Liquorum exsurgat. Qua Resolutio R. pro congrua nostra et directione eo subjuncto significatur, dispositiones hoc ipso in merito Intimatis ddo 10. Sept. 822. No. 22501. ~~& 24. Maji 1824. No. 12688~~ praescriptas porro quoque adamussim observandas, atque idmodi Privilegia debita in linea Sanitatis superinspectione subjicienda venire. D.

adt 19 Jan.
Admiss 6 Martii